



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

Rubicæ generales Missalis noui, & quæ missa sit dicenda. c. 9

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

**RUBRICAE GENERALES**  
DE HIS QVAE OBSERVANDA SVNT  
IN CELEBRATIONE MISSARVM,  
**IUXTA MISSALE ROMANVM**  
EX DECRETO CONCILII  
TRIDENTINI RESTITVTVM.

¶ **Quae missa dicenda.**

Cap. 9.



Missae quotidiæ sicut in ordine Officij. De festo duplici, vel semiduplici, vel simplici: de Dominica, vel feria: de vigilia, vel de octava, et extra ordinem Officij, Quatuoragesimae, vel pro Defunctis.

¶ **De duplici.** Cap. 10.

Missae dicitur de duplici illis diebus quibus in Calendario ponitur haec nota,

**D**uplex et in festis mobilibus, quicunque Officium sit duplex. In duplicibus dicitur una tantum oratio, nisi aliqua commemoratio fieri debeat. Alia omnia dicuntur, ut in propriis missis assignatum est. Quae dicitur debet Gloria in Excelsis. Credo inferius dicitur in propriis rubricis.

¶ **De Semiduplici, et Simplici.** Cap. 11.

Missae de Semiduplici dicitur, quae in Calendario ponitur haec nota, **S**emiduplex. Praeterea in Officij, et diebus infra Octavas. In semiduplicibus tantum festis, quae Dominicae, et infra Octavas dicuntur plures Orationes, et dicitur in rubrica. De oratione. Infra Octavam dicitur missam sicut in die festi, nisi propriae missae habeantur: in Dominicis vero sicut in propriis locis assignatur. De simplici dicitur missa sicut de semiduplici, ut suis locis ponitur.

¶ **De Feria, et Vigilia.** Cap. 12.

Missae de Feria dicitur, quae non occurrit festum, vel octava, vel sabbatum in quo fit officium beatae Mariae. In festis tantum Quadragesimae, Quatuor Temporum, Rogationum, et Vigiliarum, etiam si duplex vel semiduplex festum, vel octava occurrat, in Ecclesiis collegiatis dicuntur duae missae, una de festo, alia de Feria. In Vigiliis autem quae veniunt infra Octavam missa dicitur de Vigilia cum Commemoratione.